



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

De cooperatoribus cum Vsurario, & de ejusdem pænis. Remissivè,
paragraph. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

CAPUT OCTAVUM §. VI.

471

, fortē accipi, affirmat Medina. Et
,, Divi Thomae Interpretē q. 78. art. 1.
,, judicant, speculativē probabile. Sed
,, Dicastillus contradicit, & inquit:
,, mihi hæc sententia, & speculativē im-
,, probabilis, & moraliter in' praxi om-
,, nino videtur perniciosa. Videte cen-
,, sorium Catonem severo supercilios-
,, doctrinam condemnantem, audite
,, tamen n. 254. sibi deinde esse contra-
,, rium &c. Hæc Caram.

a Caram. l. 2. Th. mor. d. 14. nn. 362. se-
quunturque Med. apud Dic. lib. 2. de just. tr.
10. d. 2. du. 11.

2. Evidēt cum ad praxim animus
meus sit semper intentus, ajo, hanc mo-
lestiam in praxi esse adeo levem, ut in
communib⁹ commercijs parva, atque
adeo nihil reputetur, ac propterea vix,
& n̄ vix quidem b sit pretio compen-
sanda.

b Dicastil. absolute hanc nostram sen-
tentiam docet l. c. n. 251.

§. VII.

De Cooperatoribus cum usurario, &
eiusdem paenit.

D E cooperantibus cum usur-
ario dictum est sufficienter li. 5.
cap. 1. §. 4. à num. 42.

2. Quas autem poenas obligationes-
que contrahant usurarij, qua ratione
eorum bona remaneant obligata resti-
tutioni, an dominium acquirant eo-
rum, quæ per usuras acquirunt, quan-
tum eorum hæredes debeant, & quo
modo restituere, sunt res obviæ, & fa-
cile haberri ex doctoribus a possunt.

a Doctores apud Delugo d. 25. sec. 11.
§. 2. & 3. apud Less. l. 2. c. 20. du. 20. & 22.

Dicast. l. c. tota fere diff. 3 Bartol. à S. Fan-
gio in Spec. d. 26. à qu. 100.

TRACTATUS IV.

De circumstantijs restitutionis & con-
causis &c.

CAPUT PRIMUM.

De novem circumstantijs restitu-
tionis.

1. His verbis ex continentur.

Quis? Quid restituet? Cui, Quantum?
Quomodo? Quando?
Ordine, quoque loco, quæ causa excusat
iniquum?

§. I.

Quis?

P rofecto is restituere tenebitur,
qui ad id astringitur à justitia de
qua re in tota hac materia de re-
stitutione disputatum est; ita sanè. Ve-
rum, quæ alibi locum commodum
non habuerunt, hic subijcienda sunt,
idemque faciendum in singulis propo-
sitis circumstantijs. In hac ergo prima
circumstantia docebimus, an restituere
teneatur pauper fictus? & an religio-
sus, ære alieno vel furto gravatus.

Pauper fictus.

2. Qui simulata a paupertate acci-
pit eleemosynam, peccat teneturque
ad restitutionem; ratio est, quia acci-
pit sine titulo; cum enim interponat
fraudem,

Nnn 3

